



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 57. Haquinus Norvegiæ Rex sacræ crucis militiam amplexus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

**Sæcul. XIII.** *trans mare; an rediturus sim, nescio. Proinde sicui injuriam feci, si quis queri de me velit, accedat! compensabo, ut consuevi facere.* Addidit, se provinciæ hominum judicio rem subjecisse. E pluribus tabulis antiquis constat, sæpe Nobiles in paribus temporum rationibus reddidisse bona Ecclesiæ perperam occupata, vel vectigalia domosve pios in usus destinasse.

**A C. 1247.**

*Du Cange observat. p. 52.*

§. LVII.

*Haquinus Norvegiæ Rex sacrae crucis militiam amplexus.*

**Matth. Par.**  
**p. 643.**

**S**anctus Ludovicus, Haquinum Norvegiæ Regem tesserariam induisse crucem, edoctus per epistolam amicitia plenam eum orabat, ut itineris socium ageret, & pro sua in mari potentia universæ classi præesset. Haquinus nuper a Legato Pontificio coronatus fuerat, quod exponi meretur. Erat Regis Haquini antecessoris sui filius sed non ex toro legitimo. Itaque ad Papam confugere coactus Legatum postulavit, & obtinuit Cardinalem Guilielmum Episcopum Sabinensem, antea Mutinensem, & ad missiones Septentrionales adhibitum. Papa litteras, quibus eum Regi commendavit, 30 Octobris 1246 dederat; ejusque legatio se in Sueciam extendebat. His enim regnis

**IV. ep. 189.**  
**Rayn. 1246.**  
**n. 32.**

**Matth. Par.**  
**p. 634.**

regnis in Fridericum concitandis, subsi- Sæcul.XIII.  
 diisque ad eum bello infestandum inibi A. C. 1247.  
 colligendis etiamnum occupabatur. Per  
 aliam epistolam Papa plenitudine suæ Rayn. n. 34.  
 potestatis utens Haquino legis gratiam  
 facit, ut ad dignitatem Regiam eveha-  
 tur insuper habito ortus sui vitio, eamque  
 liberis legitimis transmittat.

Et vero die S. Olai Regis Norvegiæ Matth. Par.  
 ac Martyris 29. Jul. 1247. Haquinus Ber- p. 643.  
 gæ Episcopali Regni sui urbe per Lega-  
 tum Sabinensem Episcopum solenni ritu  
 coronatus fuit. Ut hoc pro beneficio  
 gratum se præstaret, Papæ quindecies  
 mille selibras nummorum Sterlingorum  
 pependit: & Legatus præter grandia,  
 quæ accepit, munera quingentas selibras  
 e Regni Ecclesiis collegit. Vicissim Ha-  
 quinus inita symbolicæ crucis militia pro  
 itineris sumptibus Ecclesiasticorum Nor-  
 vegiæ proventuum partem tertiam a Pa-  
 pa obtinuit. Hic itaque Rex fuit, cui  
 S. Ludovicus itineris transmarini comi-  
 tem sese obtulit internuncio usus mona-  
 cho Anglo Matthæo Paridi, qui tempo-  
 ris illius historiam scripsit. Haquinus  
 lecta S. Ludovici epistola ad Matthæum,  
 cui fidebat, *Magnas, ajebat, gratias huic  
 pio Regi habeo. Sed novi paululum Fran-  
 corum indolem. Mei Norvegi sunt vio-  
 lenti, præcipites, dissimulando impares. Si  
 jurgio contendant cum natione elatos geren-*  
 te

Sæcul. XIII.  
A.C. 1247.

*te spiritus, ambo faciemus damnum non resarciendum. Hinc præstat nos seorsum proficisci. Tantum Galliaë portus intrandi, indeque annonam petendi copiam, si necessitas cogat, petiit, & S. Rex humaniter dedit. Is Norvegiaë Rex, inquit Matthæus Paris, est vir prudens, modestus, ac litteratus.*

## §. LVIII.

*Guilielmus Batavus Romanorum Rex.*

*Ab. Stad.*

*Matth. Par.  
p. 636.640.  
Epist. ap.  
Rayn. n. 5.6.  
&c.*

**I**n Germania cum Petrus Capochius Legatus prope Coloniam in diem festum S. Michaëlis Episcoporum concilium, quantum potuerat, collegisset, sequente die Jovis 3 Oct. Nuisii aliquot Episcopi & quidam Comites in Romanorum Regem elegerunt Guilielmum Bataviaë Comitum fratrem. Erat juvenis annorum viginti circiter, egregia corporis specie, foederibus magnis suffultus. Stabant ab eo Dux Brabantiaë cognatus suus, Comites Geldriaë ac Loffensis, Archiepiscopus & civitas Coloniaë, Archiepiscopi Moguntinus ac Bremenensis cum Suffraganeis suis, Episcopi Würzburgensis, Argentinensis, Monasteriensis ac Spirensis, ut testantur plures epistolæ, quas Papa hos ad Principes 20 Nov. dedit. Scripsit etiam ad Legatum suum, & ad Fratres